

sapientiã non cernimus: q̄ illa ardenteis amo
rei excitaret sus. si videretur? 1. de Fami.

Laudem sapientia statuo maximum, non
aliunde pendere, extrinsecus aut bene, aut
male viuendi suspensas habere rationes. Ad
Lucretium, lib. 5. Famil.

Nihil est turpius, quàm sapientis vitam
ex insipienti in sermone pendere, 2. de Finibus.

Qui ex errore imperita multitudinis pen
det, is in magnis viris non est habendus. 1.
officiorum.

Ignobilitas, aut humanitas, aut et popula
ris offensus sapiente esse non prohibet. 5. Tusc.

Cum sapiens et bonus vir, qualis fuit ille,
suffragijs preteritur, non populus a bono Con
sule potius, quàm ille a bono populo repulsam
refert. 5. Tusc.

Sapientis animus magnitudine consilij, to
lerantia rerum humanarum, contemptiõe
fortuna, virtutib. oibus, et manibus septus,
vinci, et expugnari non potest. Paradox.

Sapientis animus nunquam est in vitio,
nunquam turgescit, nunquam timet, nun
quam sapiens irascitur. 3. Tusc.

Est sapientis, quicquid homini accidere
possit, id premeditari, et ferendum modicè
si aduenerit. Philipp. 11.

Sapienti nihil potest videri magnū in rebus
humanis, cui aternitas ois, totiusque mundi
nota sit magnitudo. Nā quid, aut in studijs
humanis, aut in tā exigua vita breuitate ma
gnū sapienti videri potest? qui semper animo
sic excubat, ut ei nihil improvisū accidere pos
sit,